Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift

ex ordine gesta erant. leopoldique vitam. miracula et reliqua me
rita. per aduocatum consistorialem spm curauimus. Denum
vocatis omnibus qui in romana curia degunt platis. in frequenti
eorum consessu. assistentibus nobis eisdem venerabilibus fratribus
nostris sancte romane ecclesie cardinalibus. singulos vota prelatos
scrutati fuimus. quibus spiis sancti gratia cooperante / manibus pe
dibusque vt aiunt in eam sentenciam deuenientibus. q leopoldus me
rito sanctus a nobis canonizandus esset. Hunc in locum et publicum
suggestum hac ipa die ostendere decreuimus. vt opitulanti commo.
votis pcibusque fidelium adiuuantibus. ipsum leopoldum sanctum
diffiniremus. et pro sancto venerari debere ab vniuersis et singulis
cristianis mandaremus. Sicque hodie sermone per nos habito. re di
uina peracta. et reliquis solemnitatibus adhibitis. ad hac sctissimas
canonisationes procedendum duximus. Cum aut verbo sapiencie
dominus affirmet. homini qui eum laudauerit. et dilexerit deum
qui fecit illum. q in medio ppuli sui exaltabitur. in plenitudine
sancta admirabitur. in multitudine electos habebit laudem. et
inter benedictos benedicetur. mirabilimodum leopoldus in medio
populos exaltatus sit. plenitudine celestis gre admirabilis refulge
at. restat vt nra approbatione inter electos et sanctos dei laudetur.
inter benedictos benedicatur. qui illi abunde impartiemur. si
eum inter sanctos ecclesie adnumerandum. p sacto venerandum. ac
publicis et solemnibus supplicationibus votisque. in missarum celebra
tionibus. aliisque diuinis officiis inuocandum apostolica auctorita
te iudicauerimus. Ad laudem igitur eterni dei in diui
due trinitatis patris et filii et spus sancti. ad fidei katholice
robur et ornamentum. ad religionis cristiane cultum augendum.
auctoritate domini nostri iesu cristi. ac beatos petri et pauli
apostolos et nostra. de venerabilium fratrum nros consilio. statuimus
diffinimus / et pnuciamus. sanctum leopoldum austrie marchionem
sanctos cathalogo ascribendum. et publica veneratione pro sacto
obseruandum. sicut et nos illum in presencia manifesta voce
sanctos cathalogo annectimus. ac minos confessos numero adiun
gimus. publice sanctum diffinimus pfitemur et veneramur. Sta
tuentes festum eiusdem die decimoseptimo kl decembris debere
celebrari. et ipso festo eius sepulchrum quod in pdicto monasterio
existit visitantibus. et pro manutentione dicti monasterii manus
porrigentibus adiutrices. septem annos et totidem quadragenas